

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

T ante A

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)



num. arenamq. & laxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Hæc Salustius. ¶ Sunt & in terra Syrtis in eadem Africa, vento Arenas excitante, & proxima quæq; operente. Vnde Solinus ait, in locis, quibus terra iter faciente, cursum sideribus regere. Nam arenas cumuli vento agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc agere sublimi faciunt, quæ prius desidebant, nunc vallibus profunda, quæ prius excelsa erant, deniq; procellarum ritu arenæ exagitantur, sicutiq; faciunt terrestris, paria cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undine an arena quis obruatur. Hæc Solinus.

Syrus, priorè product. ¶ Stephano, insula Ionie, Asiae regioni appollita, à qua Phœcides Syrius ortum habuit, non à Syria regione. ¶ Scyrus verò, in Thraciæ ascripta est, ut Scabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syrus, a. um, deo nominativum ut Mala Syrica. Colum. libro 3. cap. 10. Præterea malorum genera exquirenda, maxime Scandiana, Syrica.

T



**T**abæ, Tabarum, in Cilicis, ut ait Plin. libro 3. cap. 27. ¶ Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paria.

**T**abireni, ut apud Pomponium legitur, sive potius Tabireni, in Stephano quo pacto etiam apud Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybibus proximi, adeo religiosi iustitiae custodes, ut prius prohi non congregiantur, quam diem, locum & horam, ex fide hosti denuntiant. Quæ mulier partu liberatur, vir in lectulo tanquam pueri autem decumbit, eumq; ut puerperam effœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Calius annotavit. Valerius Flaccus lib. 5. inde Genetrix rupem Iovis, hic Tabarenum, de vincta post terga lacus: ubi deside mitra Foeta ligat, partuq; vitam fovet ipsa soluta.

**T**abis, in Stephano, Mons Scythiæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Auctor Plinius libro 6. capite 27.

**T**abor, in medio Galiliæ, rotundus ac sublimis. **T**abræca, in Africa, oppidum est Africae minoris, ut Pomponio placet. Nam à Plinio Numidia ascripta. Silius Sabatru nominat lib. 3. Sabatra tum Tyrium vulgus. Alii Tabiracum quod minime miru est. Barbara enim vocabula & incerta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua effert consueverunt, ut Hermolaus scribit.

**T**aburnus, Mons Campaniæ olivetis abundans. Virgilius 2. Georgic. iuvat ifinara Baccho Conferere, atq; olea magnâ vestire Taburnum.

**T**acape, es, sive Tacapa, in Africa proprie dicta, non procul à minore Syria: de cuius agri fertilitate ita scribit Plin. lib. 16. cap. 22. Civitas Africae in mediis arenis, perë abus Syrtis, Leptinæq; magnam, vocatur Tacape, feraci supra omne miraculum riguo solo, tenuis ferè millibus passu in omnem partem fons avundat, largus quidem, sed certis horarum spatibus dispensatis inter acobas. Palmae ibi præstanti subditur olea, hinc ficus, hinc punica, illi vitis sub vine feritur fumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omnia aliena umbra aligunt. Super omnia est, bisertam vitem bisano vindemiarè. Et nisi multiplici partu extinatur uberitas, perirent luxuria singuli fructus.

**T**acitus, Cornel. sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinio junioris, Belgicæ Gallicæ rationes procuravit: ad Vespasianum usque pervenit, ab hisque honoribus evectus, historiam principum conscripsit ab Augusto usque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra pervenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter historiam & vitas tenebant. Scripsit & de claris Oratoribus. Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolaë sacri sui: & de moribus ac situ Germaniæ, stylo tum presso & eleganti, tum arguto & sententioso: in cætera verò historia aliquantulo sublimior. Scribit Flavius Vopiscus hunc auctorem tanquam è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quottannis decies delatib, ac liber periret, eumque in omnibus bibliothecis adponi iussisse. Tertullianus autem hoster eum mendaciorum loquentissimum appellat: propterea quod iniquissimum sese in scriptis suis, falsissimumque de Christiana religione iudicem præbuerit.

**T**acola, in Emponium amplissimum Indiae extra Gangem, in aurea Cherthonneo, cuius meminit Ptolem. libro 7. capite 2. Hodie Malacca dici creditur, à Lusitanis nostra ætate vi tubasta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

**T**ænaris, & in plurali numero Tænara, pen. corr. **T**ænariæ, vulgo Cabo Metapan. Germ. En danda est viden am Beigeburg. Mala bey der Stau Lacedæmon gelegen in wachem em tieffe thafft id wach die litten den abgang in die hell gemonet haben. ¶ Promontorium est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis lateris Peloponnesi, quam longissimè in mare procurrens, oppidis habentis ejusdem nominis. **T**ænariæ (inquit Suidas) in grecis Λακωνική, et in latinis in provincia ac dicitur, Perseus in epistola ad Galium inquit. **T**ænariæ insulae in quo est in insula **T**ænariæ in quo dicitur ad hanc si dicitur inquit: id est, Tænarium promontorium Laconicæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonii interfecerunt. Circa Tænarium antrû ostendebatur, per quod Herculeum ab inferis rediisse Poeta fabulansunt, Cerberumque vincitum ad superos traxisse. Vulgoque creditum est eas inferorum esse fauces. Virgil. 4. Georgic. Tænariæ etiam fauces, alta ostia Divis. Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur. Propertius libro 2. Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis.

**T**ænium, fuit urbs in Laconia, teste Hermolaio in lib. 9. Plinii, à qua mulier poëtria nomine Herina ortum habuit. ¶ Fuit & in Achæia urbs **T**ænium: id est, Teneium, & Tenea vicus inter Mycenas & Corinthum.

**T**ages, is, in agro, Filius Genii, teste Festo, & nepos Iovis, qui adhuc puer XII. Hetruriz populos haruspiciam traditur docuisse. De hoc Cicero, de Divi. scribit ad hunc modum: **T**ages quidam dicitur in agro Tarquinensi, quem terra strarent, & sulcas alius esset impressus, extitisse repente: & cum affatus esse, qui arabat. Ia autem Tages, ut in libris est Hetruscorum puer nli specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu quem obstrupisset bubulcus, clamoremq; majore cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamq; brevi tempore in eum locum Hetruriam convenisse: tum illum plura loquentum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperunt, literisq; mandaverunt: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspiciæ disciplina contineretur: eam postea crevisse rebus novis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cicero. Ovid. lib. 13. Metamorphos. Indigenæ dixerè Tagem, qui primus Hetruscam Edocuit gentem casus aperire futuros.

**T**agesta, in Africa, oppidum, Divi Augustini patria. Plin. lib. 5. cap. 4. **T**ageste, Tagestense oppidum vocat.

**T**agrus, Mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicuntur à vento concipere.

**T**agus, in Lusitania, Ger. En sus in Portugal, heist sich **T**agus. Fluvius Lusitaniz aureas trahens arenas, Iuvenal. Quod **T**agus & rivula Pactolus volvit arena. Circa hunc fluvium (si Plinio credimus) equæ flanti Favonio obversa animalem spiritum concipiunt, equosq; ita gignunt pernicissimos, sed qui tertia vice annum non excedant.

**T**alaon, in Argolis, Filius fuit Iasii, & apud Argos regnavit, ut notat Boccatius lib. 2. cap. 17.

**T**alasio, apud Romanos carmè nuptiale erat, & deus ipse nuptiarum præses, quem Græci vocant **T**alasio. (Germ. Der Gott der Jungfrauenhochzeit vnd Hochzeit.) Martialis lib. 1. Quid si me jubeas Talasionem Verbis dicere non Talasionis? Hoc est, Quid si me jubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quam nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varonis Talasionem tradit fuisse vocem nuptialem, novis nuptiis boni omnis causa acclamari solitam. Quare autè ea acclamatione in nuptiis uterentur, diversi diversa senserunt. T. Liv. libro 1. ab Urbe, scribit in raptis Sabinarum Virginem unam longè ante alias specie & pulchritudine insignem, à globo Talasii cujusdam raptam fuisse, multisq; seiscitantibus cuisam eam ducerent, identidem nequis eam violaret, Talasio ferè clamitatum: idcoq; eam vocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc vocem in nuptiis usurpatâ fuisse non alia ratione, nisi ut novæ nupte ad opera & labores, & præcipuè ad lanificia excitarentur. Talasionem enim vocabant qualillum sive calathum: hoc est, vas lanificis aptum. Quam sententiam tægit & Plutarchus in Problemat. à Græcia hujus vocis originem repetens, qui lanam molentes appellant.

**T**algæ, insula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro læcilio habent, diis parata existimantes, diisq; servanda. Hactenus Meia. Ptolem. libro 6. capite 9. Talea dicitur Plin. libro 6. capite 17. in Caspio mari vulgarem insulam Tazaram esse scribit. Variè igitur nomen ut in sexcentis aliis, Vilkula, Iltula, Tabireni, Tabarni, Tabireni, &c.

**T**allius, in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus.

Talhybistis



**Talhybius**, *talhybius* Homero liad. 1. Præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui unâ cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra ut Briseidem ab eo abduceret. Ovid. in Epist. Briseid.

Nam siquæ Eurybates me Talhybiusq; vocarunt,  
Eurybati data sum, Talhybioq; comes.

**Tamara**, *tamara*, Vulgò *Tam-Hork*, Oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniz insule. Prol. lib. 2. cap. 3.

**Tamara**, *tamara*, Pomponio Tamaris, Fluvius Hispaniz Tarracensis, in Artaborum finibus, in Oceanum fluens occidentalem: à quo vicini populi Tamarici dicuntur. Vide Prol. lib. 2. cap. 6. & Melam lib. 3. in descriptione Hispaniz.

**Tamaritæ**, pen. prod. *tamaritæ*, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

**Tamarus**, *tamarus*, Britanniz fluvius, non procul ab Ocrio promontorio quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Prol. lib. 2. cap. 3. Vulgò *Tona*.

**Tamia**, *tamia*, Oppidum in Orientali parte Britanniz insule, sub Caledoniis. Prol. lib. 2. cap. 3.

**Tamos**, Indiz promontorium est, quod Taurus atollit, in Meridiem sese convertens. Vide Pomponium in descriptione Indiz.

**Tanagra**, *tanagra*, Oppidum Bœotiz mediterraneæ, quam *tanagra* ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatù fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas, & prælia nascentium, teste Plin. lib. 10. cap. 21.

**Tanagrus**, sive *Tanager*, *tanagrus*, Fluvius est Lucania, quæ est regio Italiz inter Picentinos & Bruzios, Virg. 3. Georg. & sicclupa Tanagri.

**Tanais**, *tanais*, Germ. *Ein Fluß in Scythien* s. est vndermarch ist Aße vnd Europa, heist jetzt Dan, Tana. Fluvius Scythiz, Asiam dividens ab Europa, Ferturq; à Septentrione Nilò aduersus, inquit Strabo li. 11. Paulò tamen Orientalior, non solum per Scythas in Mæotim defluens, sed & per Sauromatas. Originè ejus incertam aliqui putant. Ptolemæus ex montibus Riphiz prodire putat, qui magis Australes sunt, quàm Hyperborei. Alii, in quorum numero Herodotus est libro 4. ajunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanais nascitur, qui duobus ostiis Mæotim ingreditur, quæ istis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alii ex Caucasii montibus orti existimant. Scythæ Tana in Silio vocant. Fuit & oppidum Tanais ad amnis hujus ostia, teste Plinio lib. 2. cap. 98. à Græcis qui Bosphorum tenuere, conditum. Vide Ptolemæum lib. 5. cap. 9. Dionysius in Perihegesis.

Europam atq; Asiam Tanais distinguit amnis,  
Hæc Sarmatidis evolvens finibus, alta  
(scilicet Araxeo prius æquore) jam suis unda  
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Tethya  
Intrat, & infero sicca pellit vasta fluente.  
Lucanus lib. 3.

Qua Cæso fatalis Halys, qua vertice lapsus  
Riphæo Tanais diversis nomina mundi  
Imposuit ripis, Alizq; & terminus idem.  
Europa mediz diuimens confinia terræ. Ovid.

**Tanais**, pen. prod. *tanais*, Tanais fluvii accolæ, à Suis, Anchetis & Saramis delecti. Plin. lib. 6. cap. 7.

**Tanquil**, Tarquinii Prisci uxor fuit, magni animi mulier, & Hetruscæ disciplinæ peritissima. Vide Liv. lib. 1. ab Vrbe.

**Tanarus**, Fluvius ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Tanaro*.

**Tanis**, *tanis*, Civitas Aegypti, à qua Tanicum, sive Taniticum Nili ostium dictum est Herod. lib. 2. ab insignibus oppidis Nili ostiis imposta nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: qua Taniticum Ptolemæus, & Strabo derivant, Pomponius Tanicum.

**Tantalis**, *tantalis*, Oppidum fuit Magnæsiæ, terræ hiatu abscisum. Plin. lib. 2. cap. 91.

**Tantalus**, *tantalus*, Iovis ex Plote nympha filius fuit, Agamemnonis & Menelai avus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quò deos convivio exceperat, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerpi, eorumq; nis apposuit comedendù. Illi verò à nefandis epulis abstinere omnes, una Cerere excepta, quæ pueri humerum devoravit: pro quo illi dii eburneum humerum restituerunt, revocataq; per Mercurium ab inferis anima, Pelopem ad vitâ revocarunt. Patrem verò tanti sceleris autorem ad inferos detruserunt, ubi perpetua fame & siti torquetur. Eridani fluvii aquis, & pomis, quæ capiti ejus imminet, captationem ejus fugientibus. [Ger. Ein Sohn Iovis, welchen die Götter zur Hellen verbamp haben/das im Niffel vnd das Wasser fließt in dy Mast gehn solt/welch es er doch nicht erschnapen köndte.] Quam fabulam mythologici de avaris interpretantur, qui bonis partibus frui nõ audent. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 1: Tantalus à labris suis fugientia captat Flumina, quid ridet? mutata nomine, de te Fabula narratur, congestis undiq; saxis

Indormis inhians, & tanquã parcere sacris Cogit, nec pibis tanquã gaudere tabellis. Plato in Cratylò scribit, Tantalum dictum esse, quasi *tan-tan*: hoc est, infatigabilis. Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pigritiè deorù mensis dignatus. Alius Thyestes ex Metope filius, interfectus & appositus escis patri. Eusebius Tantalum Phrygiæ regè cum Troè rege Dardaniæ, quod Ganymedem rapuerit bellum gessisse scribit.

**Tantalus**, a, um, a djectivum, Propertius: Tantea poterit dare poma manu.

**Tantalus** item patronymicum femininũ est, quo Poëta utitur pro Niobè Tantalii filia. Ovid. 6. Metamorph. -dico contra factò Tantalus adjectiv.

**Taphiz**, *taphiz*, Quædam insula in mari Ionio ante Leucadim, prope Echmadasi quarum nomina fuerit, Taphiaz, Atania, & Prionessa, teste Plinio lib. 4. cap. 12. Eadem & Teirboia dicuntur utroq; nomine ab incolis ducto: nã Taphi & Teirboia nis communiter dicuntur imperasse. De quibus huiusmodi repetit originem enarrator Apollonii poëtæ: Pater ex Andromede, ut narrat Herodotus quatuor fuisse filios: Alarus, Stenelus, Meffor, & Electrion, qui simul regnaverunt. Ex Hippothoè Melloris filia, & Neptuno Pterelas genuit, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboas ac Taphii communi nomine & imperio fuerit. Igitur Hippothoës eorum aviz pecuniam ab Electrone eorum necellario, qui pro ea spondidit, repetebant: qua negata, ad ma venire, armata abegerunt, ipsum denique & filios sustulere. Alcmena Electrionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thebanum hominem potentissimum in matrimonium accepit, atq; hoc pacto bello inter eos confiato, ab eodem Amphitryone delecti sunt, eorumq; regnũ Cephalo profugo Aethiensi, qui exercitui præerat, donatum: quod ad Vlysseni effugatione pervenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus nis insulis imperasse.

**Taphias**, adis, *taphias*, Insula est ex qua in mari Ionio, ante Leucadium, una Taphiarum sive Teleboidarum. Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

**Taphiastus**, *taphiastus*, Mons est Aetoliz non procul à Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

**Taphii**, *taphii*, Dicitur fuisse populi à Thapho Neptuni filio, qui Taphis insulis imperavit: quæ sunt in mari Ionio juxta Achinadas. Vide supra in dictione TAPHIAE. Strabo li. 7. Taphios alios collocat ad Pontum Euxinum nõ procul à Borystheni fluvio.

**Taphiulla**, *taphiulla*, Oppidum Cephaleniæ insule, è regione Leucadis, in qua Taphiullum marmor effodiebatur. Vide Stephanum, & Plin. lib. 36. cap. 21.

**Taphos**, *taphos*, Stephano, Oppidum est Cephaleniæ insule, postea Taphiulla appellatum. Alio qui *taphos* Græcis sepulcrum significat: unde Epitaphion, sepulchri inscriptio.

**Taphosiris**, *taphosiris*, Vrbs Aegypti, Osiidiz sepulchro nobilitata: unde & nomen accepit. Strabo li. 7. duas hujus nominis vrbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiidiz festa celebrabantur, alteram in mediterranea.

**Taphra** Plinio, *taphra*, Ptolemæo, Oppidum est Aethiæ prope dicitur inter duas Syrtis.

**Taphra**, *taphra*, Oppidum est ad sinum Carcinitem, in insula Taurica: Chersonesi angustissimam: ut refert Plin. libro 4. capite 12. Hunc locum quondam servi munisse dicuntur, quum absentibus dominis in diuturno illo bello quod adversus Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum uxoribus rem habuissent ex sententia Callistrati refert Stephanus. Hujus urbis meminit & L. Florus, refertq; sua illam ætate Trajanæ auspiciis fuisse expugnatam.

**Taphosiris**, Vide TAPHOSIRIS.

**Taprobane**, [ *taprobane*, Ger. Ein vast gross Insel im Indischen Meer/heist jetzt Sumatra. ] Insula est omnium quæ veteribus cognita fuerunt, maxima, à Colaiico Indiz promontorio in Austrum quatuorid navigacione recedens, in qua Septentriones negant conspici posse. Lucet ibi Canopus sidus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecelunt, cæuleis oculis, atroci visu, terrico sono vocis. Vivunt ultra annos centum. Nascuntur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemæus li. 7. refert. Vide plura de hac insula apud Plinium lib. 6. cap. 22. & Vadianum in Melz lib. 1.

**Tapsicum**, Cirenaiæ regionis oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 5. in descriptione Cirenaiæ regionis.

**Tapsus**, Vide TAPSUS.

**Tapyri** Plinio, *tapyri*, Stephano, Populi sunt ad mare Caspium, inter Derbicas, & Hyrcanos quibus mos fuit ut uxores suas, quum duos, tresve filios ex nis suscepissent, aliis supral concederent. Autor Strabo lib. 11.

**Taracina**, Vide TARRACINA, duplicato r.

**Taracón**, Vide TARRACON, r litera geminata.

**Tarânis**, penult. corrept. Dicebatur lupicet à Gallis, cui humo



no sanguine litabant. Lucan. lib. 1. Et Taranis Scythia non minor ara Dianae.

Tarās, antea, *reges*. Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & a nomine suo appellasse. Graece enim Tarentum *reges* dicitur. Vide paulo post in dictione TARENTUM.

Tarhēti, *reges*. Populi Galliae Aquitanicae, in Pyrenaeos montes vergentes, quorum urbs Aquae Augustae commemoratur a Protenzo lib. 2. cap. 7.

Tarchētius, *reges*. Nomen fuit impii Albanorum regis, de quo Plutarchus in vita Romuli. Qui dam *iniquus* etiam fuit, qui de Romuli ortu fabulosa quaedam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi scelestissimo & crudelissimo homini divinitus spectra domi visum, ex penitissimo sacratio se attollens, & ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Thethyos in Hecuria fatidicum regem: a quo allatum Tarchetio responsum ut ei admisceretur virgo. Nam genitum in ea ex filium virtute, fortuna ac viribus potentissimum, magnamque ex rebellica gloria relaturum. Quod quum Tarchetius uni ex filiabus exposuisset, impetravit ut cum moastro illo coiret. Illam, contempto patris imperio, ancillam in sui locum supposituram. Id Tarchetium re cogita egre tulisse, utraque in carcerem, ut morte multaret, coniecisse. Sed visum est illi per quietem se Vestam videre, quae puellas necari veteres, sed celam illis texendam tradi juberet: nec prius viro locari, quam illam absolvisset. Cui infamia quae parisset Tarchetius, commentus est rationem ut puellas perpetuo damnaret exhiberet. Nam quicquid illae interdum texuissent, nocturnis ancellis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo patris tempore, ancillam geminos fecit peperisse, quos Tarchetius statim Teratio cuidam tradidit exponendos. At illam ferunt fecis fluvium infantes deposuisse: lupamque, quum eo venisset, ad motu uberibus lac praebuisse, avibus quoque variis cibum pueris compositibus: quod bubulcus aspiciens, ad maneros, aususque accedere, infantes sustulit. Hac filios ratione levatos, quum primum per artem licuit, Tarchetio tendisse insidias ac tandem opprehisse. Haec a Promathione quodam qui italicam scripsit historiam, memoria prodita accepisse se dicit Plutarchus.

Tarchōn, *reges*. Nomen proprium Herulicis ducis & Aruspiciis, qui Aeneae suppetas tulit a dextris Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta littera. Virgil. Aen. 8. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrheni tuta tenebant Castra locis.

Tarentum, vulgo *Tarentis*, Magnae Graeciae urbs clarissima, in IONIO recessa sinus, qui ad ea dicitur Tarentinus, *reges*. Haec a Tarate Neptuni filio primum condita fuit: a quo & nomen accepit: deinde a Laconibus aucta, qui duce Phalanto illic adventantes, expulsis incolis (uti Iustinus libro 3. scribit) eam tenuerunt. Hujus incolae dicuntur Tarentini, *reges*, qui cum Romanis aliquandiu bellum gesserunt: quibus quum patres non essent, Pyrrhum Epitortum regem sibi auxilio acciverunt. De hac Virgil. Aen. 3. Hic siveus Hercules (si vera est fama) Tarentum Cerentur, attolisse diva Lacinia contra. Caulonisque arces, & navigagium Scylacum. Sunt qui Tarentum non a Tarate Neptuni filio, sed a Sabina voce Tarentum deducant, quae illis molle significat: propterea quod in agro Tarentino & naves, & lanx molliissime proveniunt. Ex hac urbe ortum traxerunt cives illustres, Aristoxenus Musicus Aristotelis familiaris: Rinthon tragicus, & comicus: Icaeus medicus: & Architas summus mathematicus, qui Platonem, quum mortem illi moliretur Dionysius tyrannus, per epistolam eripuit, ut scribit Laertius lib. 8.

Tarentūns, Quod ex Tarento est, vel in Tarentinis agris crecit, apud Columell. lib. 3. cap. 10. Tarentina pyra: cujus haec sunt verba: Curandum est autem ut quam generosissimis pyris pomaria conferamus: ea sunt Crustumina, Regia, Signina, Tarentina, quae Syria dicitur: & quaedam alia, quorum enumeratio nunc longa est. Venenum Tarentinum id est, purpura Tarentina, quae rubedinis plusculum habebat. Horat. 2. Epistol. Lana Tarentina violas imitata veneno. Tarentina nux e juglandis genere est, adco fragili puramine, & ita molli, ut vix attrita sumptur, *reges*. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quod juglandes naves & pinces molles habeat, ac similiter oves. Tarentum autem Sabini vocant molle, sicut iam dictum est: ad quod alludens Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 4. Tarentum molle vocavit. Quo pacto autem Tarentina nux arte effici posset, docet Columell. libro ult. cap. 22.

Tarnē, *reges*. Fons est in Lydia, in Timolo monte nascens: teste Plin. lib. 2. cap. 29. Fuit & oppidum eiusdem nominis, ad Timoli radices situm, cujus meminit Hom. lib. 5. Iliad. Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

Tarpēia, *reges*. Virgo Vestalis fuit, teste Varrone, quae ante Capitolinam patris sui Tarpēii custodiae commissam, Sabini

prodidit: a quibus quum proditoris mercedem peteret (patris enim erat, quicquid in sinistris brachiis gestarent, a nullis intelligens, quas illi auras gemmatasque in brachio ferebant) scuti illorum obruta, Tarpēio monti nomen fecit, qui prius Saturnus dicebatur. Vide Livium lib. 1. ab Vibe, & Plutarchum in vita Romuli.

Tarpēius mons, *reges*. Idem qui Capitolinus: ita dicitur a Tarpēia virgine Vestalique qui nec prodidisset, eorum delectis obruta, eo in monte sepulta est. Virg. 8. Aen. sedem Tarpēiam appellat. Hinc ad Tarpēiam sedē, & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim lyvellibus horrida domus.

Tarphara, *reges*. Urbs felicit Arabiae, cujus cives dicuntur Tarphareni, *reges* Stephano.

Tarphic, *reges* Stephano. Urbs Locorum Epicnemidiorum, juxta Phangas: cujus meminit Homer. in Catalogo: *reges* m. 7. *reges* m. 7. *reges* m. 7. Nomen habet a Tarphic propinquo fonte, sive ab arborum densitate. *reges* enim Graeci densum appellant.

Tarquinis, *reges*. Oppidum fuit Tuscorum, quo Tarquinius Priscus Romanus emigravit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innatatis, & pro veterum impulsu nunc triquetrum, nunc rotundam figuram edentia: ut refert Plin. lib. 2. cap. 95.

Tarquinensis, se: ut Tarquinensis ager pro quo & Tarquinensis legimus absoluit. Plin. lib. 8. cap. 52: Qui in Tarquinensis feras pascere instituit.

Tarquinis Priscus, Demarathi Corinthii filius, Tarquinis urbe Tuscorum natus, primum Lucumo dicitur: qui ubi se in patria nullo in honore esse videret, quod peregrino patre esset prognatus, in usu uxoris (ea mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam sese contulit ubi brevi propter operum ingeniumque dexteritatem in Anci Regis amicitiam infusus, ab eodem relictus est liberorum ejus tutor: quorum tamē commoda propriis rationibus posthabuit breviq. perfecit ut magno plebis consensu rex crearetur. Quare ut regni parum juvare partem stabilet, centum patres in Senatu elegerit, qui minorum deinde Gentium dicti sunt, suae eos factionis futuros ratus, cujus beneficio in Senatum venissent. Bellum primum cum Latinis gessit, oppidumque Appolias vi cepit. Circo maximo primum locum designavit, locaque Patribus, Equibusque divisit, ex quibus spectacula spectaret. Sabinos victos Collatia, agroque Collatino multavit. Corniculum, Ficulentam veterem, Cameciam, Crustumeniam, Ameriolam, Medulam, & Nomentum, priscorum Latiorum oppida partim expugnavit, partim in deditionem accepit. Tandem quum annos duodequadraginta regnasset, dolo liberorum Agri in Curia est obruncatus. Vide haec latius apud Livium lib. 1. ab Vrbe. Tarquinus Collatinus, Aegerii ex Tarquinii superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretii, qui Romae praefectura urbis fungebatur. Hic quum in Ardea obsidione cum regis juvenibus cerneret, exorta de uxoris mensione, quum suam quisque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem fieri posse, quatum ceteris praefert sua Lucretia. Quid multa: citatis pariter equis Romam advolant, regiasque naves in coavisit, luxurq. cum aequalibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte sera laque deditam inter lucubrantes ancillas in medioedium sedentem inveniunt. Quae multibus certaminibus laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vi, Tarquinique benignè accepti, victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido stuprandae per vim Lucretiae capittum forma, tum spectata castitas incitat. Dissimulata tamen in praesens cupiditate, tum quidē unā cum ceteris in castra redit: sed paucis post interjectis diebus Ardeam reverens, & a muliere propinqua hospitio exceptus, nocte intempesta conceptum animo facinus, vi miniq. exequitur. Quam rem mulier castissima tam egre tulit, ut post die viro, patreque per literas accersito, quum rem, ut gesta erat, exposuisset, nocem sibi consciverit. Pulsus deinde ob facinus tam tetrum Tarquinis, Collatinus Bruto in Consulatu datus est Collega: quo tamen non multo post coactus est sese abdicare, non aliam ob causam, nisi quod a Tarquiniorum propinquo esset, eodemque cum illis nomine diceretur. Vide Livium lib. 1. & 2. ab Vrbe.

Tarquinus Superbus, septimus & ultimus Romanorum rex, cognomen a moribus meruit. Occiso Scrvio Tullo, regnum scelestè occupavit: bello tamē strepens Latinos, Sabinosque domuit. Suesam Hetruscis eripuit, Gabios per Sextum filium simulato transiglo, in potestatem redegit. Ferias Latinas prius instituit. Quum Capitolium extruere inciperet, caput hominis invenit: ex quo cognitum cum urbem cepit gentem futuram, ut scribit Terentius Varrone de Lingua Latina, libro 4. Demum quum in Ardea obsidione filius ejus Lucretiae stuprum intulisset, cum eo in exilium actus ad Porcenam Hetruriae regem se contulit, cujus ope regnum retinere tentavit. Pulsus



Pulsus Cumas concessit, ubi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liv. lib. 1.

Tarr. *missa*, Vrbs Lydia, Lucii Grammatici patria. Alia Crete in qua Apollo Tarræus colebatur. Tertia juxta Caucasum, Cretensium colonia. Stephanus.

Tarracina, *missa* Stephano, Tarracina, Oppidum Volscorum in Italia, antè Trachinid est, aspera, à loci asperitate. Alio nomine Anxur dicebatur, à Iove Anxuro, qui ibi colebatur barbatus, intonsusque. Vnde anxurum dictum putant, quasi *abulogus*. Effertur & Tarracinarum, pluraliter. Liv. 4. ab Vrbe Anxur fuit, quæ nunc Tarracina sunt, urbs prona in paludes.

Tarracōn, sive Tarraco, cōnis, *missa*: Vulgò Arragon. Germ. *Ein Stain Hispanien Arragon* test genant. Hispaniæ citionis urbs olim clarissima, Sulpionum opus, à qua præcipua Hispaniæ pars Tarraconensis cognominatur: quæ (ut Pomponius scribit lib. 2. altero capite Galliar, altero Bæticam, Lusitaniamque contingens, mari latera obijcit, mediterraneo, quæ meridiem spectat: qua Septentrionem, Oceano. Urbium maritimarum opulentissima fuit Tarraco. Mediterraneorum autem fuerunt Pallatia & Numantia, nunc est Cæsaraugusta. Circa Tarraconem nobilissimū nascebatur vinū, quod Tarraconense dicebatur, *missa* de quo Martialis: Tarraco Cæpano tantum cellura Lyxo. Et Silius lib. 3. dat Tarraco pubem Vitifera, & Latio tantum cellura Lyxo.

Tarsus, *negotio*: Vulgò Tarsis, Vrbs Ciliciæ præclarissima (ut auctor est Strabo lib. 15, & regionis totius caput, in campis sita, & Cydno amne irrigata: cujus conditorem voluit fuisse Perseum Danaës filium. Lucan. lib. 4: Deseritur Tarsus, nemus Perseæque, Tarsus. Alii tamè urbis hujus originem ad Sardanapalum referunt, postremum Assyriorum regem: cujus etiam monumento incisum erat, quod Tarsum, & Anchialon die uno condidisset. Ex Tarsis viri illustres orti sunt, Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Arthonodori, Philosophi stoici, quorum qui Cordilion dictus est, cum M. Catone vixit, & apud eum mortuus est. Alter Banavita à vico quo dicitur, Cæsaris præceptor. Tarsensis, Tarsense, possessivum: ut Tarsense pelagus. Colum. lib. 8. cap. 16.

Tartarus, penul. corrept. masc. gener. in plurali Tartara, neutri. *[In] sibil. negotio*, *negotio*, *negotio*, *negotio*. Germ. Die Höl. Polon. *Pokolnak* ex *alfo fencke*. Vn. *Prkl'a*.] Locus profundissimus inferorum, in quo fontes plestantur. A verbo Græco *negotio*, conirbo: quia illic omnia perturbata dicuntur: vel, quod verisimilius est, *negotio* id est, à tremore frigoris. Sole enim caret, inquit Serv. Virgil. 6. Aen. -tum tartarus ipse Bis patet in præceptis tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cæli suspensus Olympum.

Tartarus, a, um, adjectivum, pen. cor. *negotio*, Virgil. 7. Aen. -cornuq; recurvo Tartaream intendit vocem: id est, terribilem aut fortem inquit Servius.

Tartari, *[Germ. Die Tartara]* Populi sunt partis Sarmatiæ Europæ, moribus omniq; crudelitatis genere effratissimi, incertis vagantes sedibus, ex præda victitantes, improvisis incursionibus maximè noxi, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæli, turbinato cratio, & circum tempora capite presso. Vide Vadianum in Melam. Nemo enim veterum hac usus est appellatione: cum sit vox novitia, & paucis abhinc seculis nata.

Tartessus, *[negotio]*: Vulgò Tarrissa. Ger. *Ein Stain in Hispanien* *Mier gategem* sicut *hæst* *hæst* *Tarrissa*.] Hispaniæ Bæticæ oppidum, in litore Oceani situm, ea in parte qua primum ex angustis freti faucibus panditur mare. Hæc eadem esse creditur cum ea, quam nostri Carteiam appellant: dicente Plin. lib. 3. cap. 1: Carteia, quam Græci Tarrissum appellant. Quod & ipsum confirmat Strabo, ita scribens lib. 3: Tartessum hujus temporis nonnulli Carteiam appellat. Silius tamen lib. 3. Tartessum omnino aliam facit à Carteia: quam rectè, ipse videt. Livius certè lib. 4. Decad. 3. situm Carteie describens, omnino eandem fuisse ostendit. Dum hæc (inquit) ad Bærim fluvium geruntur, Lælius interim fretum in Oceanum evertit, ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in Ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Tartessus olim vivacissimis regibus celebrata fuit, ex quibus Argæthionis centum quinquaginta annos dicitur regnasse.

Tartessus, a, cum, possessivum: Tartessiaci thyrus, apud Columellam lib. 10.

Taruanna, *negotio*: Vulgò Taranus, Morinorum urbs est in Gallia, hodie nomen retinens. Commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 9. Hodie à Carolo V. Imperatore solo æquata.

Taruedume, es, *negotio*: Vulgò Dirigube, Promontorium extremum in tractu Septentrionali Britanniæ insula, non procul ab Orcade, altero promontorio, & Narbari fluminis ostio. Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Taruntius, Vir fuit tum philosophiæ, tum mathematicarum disciplinarum in primis studiosus: qui quum ad astrologiæ

disciplinam se contulisset, contemplationis gratia: & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret, inspectisq; ejus vitæ inflantibus ac rebus gestis, ex illis consequentiam colligeret, veluti Geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Auctor Plutarchus in Romulo.

Tarus, si, Cisalpinæ Galliæ fluvius, in Apennino nasces, & in Padum se exonerans. Plinius libro 3. capite decimo sexto. Vulgò Taro.

Taruscum, Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Saliorum urbs in Gallia, Vulgò Tarrascon.

Tasimenes, (quod hic pro Nestoris filii nomine corruptè legatur) Vide THASIMENES.

Tatius, Sabinorum dux fuit, acerrimusque popul. Rom. hostis, qui prodicione Tarpeie virginis Capitolio capto, ex superiore loco adversus Romanos in aciem descendit ubi quæ aliquandiu acerrimè, sed varia victoria pugnarum esset, tandem direptum interventu Sabinorum prælio pax ita convenit, ut Sabinus in urbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verum quum postea Tatius propinqui Laurentium legatos pulsasset, eamque injuriam Tatius multam reliquisset, illorum pœnam in se convertit. Nam quum Lavinius ad solenne sacrificium venisset, concursu oppidanorum facto, est interfectus. Auctor Liv. lib. 1, ab Vrbe, Virg. 8. Aeneid. subitoq; novum confurgere bellum Romulidis, Tatioque seni, Cumbusque feveris.

Tatienus, Tertia pars populi Romani, sub Romulo, à T. Tatno Sabino, quem Romulus ex federe in regni portionem acceperat denominata. Ager Romanus (inquit Var. lib. 4. de ling. Lat.) primum divisus fuit in partes tres: unde Tribus appellata, quæ Tatienium fuerunt, Ramnesium, & Lucurum: ut ait Iunius, Tatienus à Tatio, Ramneses à Romulo, Luceres à Lucumone. Livius contra lib. 1. ab Vrbe, non Tribus hæc fuisse, sed equum centurias asserit.

Tatius, *negotio*, Lacus est majoris Phrygiæ post Galatiam, Austru versus, juxta Morimenes, fontes habens salis nativæ, qui ad rō faciliter rebus immeritis circumgelascit, ut sæpè quum funalem torquem demiserint, salis coronas educant. Quin ipse etiam volucres aquas contingentes facile capiuntur, quum sale repente concreto alis consistitis, ipsarum ministerio ad volandum uti non possint. Auctor Strabo lib. 12.

Tatius, *negotio*, sal, *negotio*, qui & Phrygius, oculis præcipue utilis. Auctores Dioscorides lib. 5. & Plin. lib. 31. cap. 7.

Taurica, Herodoto lib. 4. Civitas Bætarum, qui sunt Apulicæ populi, Cyrenais ad Occasum proximi.

Tauriantia, *negotio*, Illyrici populi, teste Plin. lib. 3. ca. 22. qui postea mutatis sedibus, in eam Macedoniarum partem se contulerunt, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dymbachio, ubi Atinissam oppidum incoluerunt, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Horum meminit & Lucan. lib. 6: Quemque vocat collem Taulantius incola Petram, Infedit castris.

Tauræ, lubellius, Vir fuit Campanus insigni corporis robore, in Annibalis castris militans: qui quum Claudium Asellum Romanum apud Nolam ad singulare certamen provocasset, post inane garrulitatem, quum Asellum ad se accedere videret, pedibus magis quam manibus fretus, intra oppidum se recepit: quem insequutus Asellus una cum ipso urbem ingressus, inter tor hostium tela incolumis per alteram portam evasit. Hic postea capta à Fulvio Capua, manu propria conjugæ, liberisque interfectis, se postremo ante pedes imperatoris gladio transivit. Auctor Livius 2. bel. Pan.

Tauræus, *negotio*, Neptuni epitheton, sive quod ei tauri solent immolari: vel, Virgilio teste, quod mare (cui præesse putabatur) taurinum doctum imitetur.

Tauri, orum, *negotio*, Sarmatiæ Europæ populi, Bosphorum Cimmericum peninsulam inhabitantes, eodem Bosphoro, Byce palude & Carcinite sinu circumfusam, tenni tantum libmo continenti adhaerentem: quæ de incolarum nomine Taurica Cherroneus appellatur. Fuerunt autem Tauri omnino inhospitalis, moribusque immanissimis, ut qui hospites omnes Dianæ soleret immolare: cujus sacrificii primus auctor Theas fuisse perhibetur: unde & Diana ipsa Thoantæ dicitur à Silio lib. 4: Sacra Thoantæ, ritusque imitata Dianæ. Herodotus tamen lib. 4. auctor est, non Dianam esse, sed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas soleant immolare, naufragos præsertim, & Græcos, quovis casu illic delatos: quorum post preces peractas caput clava feriebant truncum de rupe deturbabant, caput cruci affigebant. Hostibus autem in bello captis, aut in prælio occisis, capita præcedebant, & perticæ suffixa quam maxime sublimia supra fumarium statuabant, existimantes hoc ad totius domus tutelam, custodiamque pertinere.

Tauricæ, a, um, *negotio*, Adjectivum est à Tauris Cimmerici Bosphori accolis dictum: ut Diana Taurica: apud Ovid. lib. 4. Tithium.



Taurinum, & Scythia Taurici, apud Plin. lib. 4. cap. 12. Taurina, τωρηνία, Oppidum fuit Campaniæ non procul à Strabon, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. inter ea oppida quæ in Italia intercederunt.

Taurinorum, Brutiorum oppidum in Italia juxta Rhegium. Auctor Pomponius Mela libro 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Tautanium appellat.

Taurini, numero plurali, & Taurilia, τωρηνία θυσιών. Gerv. Die Nidberst oder Nidberstet Ludis in honorem deorum inferorum facti: quos & Boalia & Bupetias vocatos invenimus: quoquam duobus hisce nominibus potius sacrificia quædam significantur, quæ pro bouum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quod regnante Tarquinio Superbo, quum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas ex carne taurorum diu vendita, ob hoc ludis diis inferis instituti sunt, qui Taurini sunt appellati.

Taurica Cheronefus, τωρική χερώνησος. Peninsula est in finibus Europæ, Bosphoro Cimmerico, Byc palude, & Carcinite sinu propemodum circumfusa, angusto tantum isthmo continenti adherens, immittit Dianæ ara, & nefanda hospitem immolatione infamis. Civitates multas habet, ex quibus præcipue faciunt Eupatoria & Theodosia, hodie Capta. Legitur & Taurica absolutè. Juven. Sat. 15. nefandi Taurica sacri Inventrix, homines tantum immolat.

Taurini, Di Tauria in Piemonte, Populi Italiæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 17.

Taurifani, Venetiæ populi, per quorum regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. lib. 3. cap. 18.

Taurisci, Populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniis finitimi, quos mons Cladius dirimit à Scordicis, postea Norici appellati, teste Plin. lib. 3. cap. 20.

Tauronitium, τωρωνίτιον. Prolemao: τωρωνίτιον. Stephano: Vulgò Taurinus. Ger. Ein Stein in Sicilien. Siciliæ oppidum est, à Zancleis conditum, non procul à Drepano promontorio: testibus Plin. lib. 3. cap. 8. & Strabone lib. 6.

Tauronitius, a. um. Silius lib. 14. Tauronitirana cernunt à sede Charybdin.

Taurópolis, τωρὸς πόλις. Dianæ cognomen, apud Dionysium Aphurum, impositum ab eo, quod apud Taurus Cimmerici Bosphori accolæ colebatur, aut quod gregibus præficeret, ut ex parte totum intelligamus: aut certe quod eadem sit cum Luna, quæ tauris vehitur. Vide Eustathium in Dionysium.

Taurópolisium, τωρὸς πόλις, Dianæ templum in scaria insula, teste Strabone lib. 14.

Tauróscythæ, τωρὸς σκυθῶν. Populi ex genere Scytharum, summa Taurica Cheronefsi juxta incolentes. Aucto Plin. lib. 14. c. 12.

Taururum, τωρῦρον. Hodie Balgradum vocant, & Albani Germani. Vulgò Orischif, τωρῦρον. Pannoniæ inferioris oppidum, ad Danubium situm, et in parte, quæ Sava, & Dravus Danubio immiscetur. Vide Prolemaum lib. 2. cap. 16. Plinius Taururum appellat, lib. 3. cap. 25.

Taurus, τωρῦς. Berytius, philosophus Platonicus. A. Gellii familiaris, sub Antonino Pio floruit. Scriptis de differentiâ sectarum Platonis & Aristotelis: de corporeis, & incorporeis, & alia, ut est auctor Suidas.

Taurus, τωρῦς. Germ. Ein treitendtes groß Gethirg / so ist von Cilicia an das Indus bis in Indiam hinein erstreckt. Mōs Asia totius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens, vultu fatis atollitur: dein deorsum laete ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versus it, in Occidentem reclusus & perpetuo jugo, multarumq; gentium, quæ dorsum agit, terminus: sed pro gentium ac linguarum varietate diversa habet nomina. Prima sui parte Inaur dicitur, mox Edigis, Paropamisus, Circius, Cambades, Phaphanades, Choartas, Oteges, Orates, Niphates, Taurus: atque ubi se quoque exuperat, Caucasus ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon Coracellus, Cragus iterumque Taurus: etiam ubi dehiscit, sequæ populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vendicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam contractus effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læva Pariedrus, Moschius, Amazonicus Corax, Scythicus appellatus: in universum verò Græciæ Ceraunius. Cetera vide apud Plinium lib. 5. cap. 27. ubi latissimè montis hujus descriptionem exequitur.

Taxila, τῶξια. Stephano, India urbs amplissima, inter Indum, & Hydaspem fluvios sita: cujus incolæ Taxila appellantur à Plin. lib. 6. cap. 20. In hac urbe (ut scribit Philostratus) Apollonius invenit elephantem, quem vitæ & myricis coronis indigene ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Poto contra Alexandrum pugnaverot: quem videns Alexander soli dicavit, torques autem circa cornua adaptans.

Taygete, vel Taygeta, τῶγῆτις, Atlantis & Pleionei filia, teste Hygino, una Plejadum, quæ Iovi peperit Lacedæmonem, urbis sibi cognominis conditorem. Virgilius quarto Georg. Taygete simul os tenuis ostendit honestum Plejar, etc. Vide PLEIAS.

Taygetis, τῶγῆτις, mascul. gener. & Taygeta, orum, neutri, τῶγῆτων. Mons est Laconia, teste Strabone: nō ille quidem à modum magnus, sed tamē excelsus & erectus, Sparte & Amyclis imminens, quem Libero patri factum fuisse tradit Servius in illud Virg. 2. Georg. -ō ubi campi, Sperchiusque & virginibus bæchata Lacenis Taygeta. Hujus montis bona pars quum temeremotum corruisset, Spartanorum urbem opprimit: ut refertur à Cic. lib. 1. de Divinat. & à Plin. lib. 2. cap. 79. Fuit præterea hic mons Castori & Pollucei sacer, qui in ejus radicibus natū dicuntur: quod & Homerus asserit in Hymnis:

Κάστωρ ἢ Πόλυδ' ἄναρ ἀνὰ τῶγῆτιν Τυρρανίδα, εἰ γὰρ ἐκ τῶν τῶγῆτων, Τῶν τῶγῆτων κρηφαί τινεσσι Λέδα, Δῆφρ' ἀπὸ μὲν ἴσθμου ἀπὸ δὲ κρηφῶν Χαιρέτ' ἐπιδουρίδα, τῶν τῶγῆτων ἐστὶν ἱεῖρας. Id est, Castora & Pollacem cæcato mufa fridula Tyndaridas, qui Iovē Olympio procreati sunt, quos sub Taygeti verticibus peperit veneranda Leda, latenter commissa nubes denigranti Saturnio. Salvere Tyndaridæ, celerum cultores equorum.

Teanum, τῆανον. Stephano, Duarū civitatum nomen est in Italia. Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apuliæ, distans à Larino XVIII. M. passū. Hujus meminit aliquoties Cic. in Orat. pro Cluentio Illius etiam mentionem facit Horat. lib. 1. Epistol. -cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.

Tearco, τῆαρκο, Aethiopiæ rex potentissimus, qui bonam Europæ partem dicitur subegisse, & ad Hercules usq; columnas esse processus, referente Strabone lib. 15.

Tearus, τῆαρς. Thraciæ fluvius, duodequadraginta nascens fontibus, partim calidus, partim frigidus, & in Contadesdam amnem influens, qui in Agrianem illabitur. Agrianes sorem in Hebrum. Ad hoc flumen quum pervenisset Darius Hytaspis filius, aquis ejus delectatus, triduo ibi commoratus est: tripumque ibidem erexit cum hac inscriptione: Tean amnis capta optimam atque pulcherrimam cunctarum amnium aquam continent, & ad ea pervenit exercitum duccens adversus Scythas: vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum, Darius Hytaspis filius, Persarum, cunctarumque continentis rex. Auctor Hero dot. lib. 4.

Tēate, πεν πρόδ. τῆαν. Prolemao, Oppidum Marrucinorum, in quarta regione Italiæ: cujus incolæ dicuntur Teatini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Tectósgēs, τῆκτοσγῆς, τῆκτοσγῆτων. Stephano, German Die Widter des Erzbischofs Telesin Langendo den. Gallæ Narbonensis populi, quæ in maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemenis montibus proximi: quorum oppida sunt, Tolosa, Carcasso, Ruscino, & Narbo Martius, aliaque nonnulla, quæ vide apud Prolemaum, lib. 2. cap. 10. H. olim Galorum omnium fortissimi habitant, qui quum domi multitudine abundaret, relicti sedibus, per Græciam, tunc gentium viderem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in uberrimis Cappadociæ campis confederunt.

Tedavium, fluvius est in extremis finibus Iapidiæ, cujus meminerunt Plin. lib. 3. cap. 21. & Prolem. lib. 2. cap. ult.

Tēgēs, πεν τὸρ. τῆγῆτων. Oppidum Arcadiæ à quo Tegeus, τῆγῆτων, sicut à Nemea Nemeæus. Unde Pan Arcadiæ deus dicitur Tegeus. Virg. 3. Georg. Pan ovium cultor tua si tibi Menala curæ, Adis o Tegeæ favens Propertius: Fidilis & calami Pan Tegeæ cui. Ensis Tegeæus id est, Arcadius. Virg. 8. Aen. Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat enses. Hujus urbis incolæ etiam Tegeates, τῆγῆτων, dicuntur. A quo rursus deducitur aliud adjectivum, Tegeaticus, a. um: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat. Et cum Menalia voluere Tegeaticus umbra.

Tēgēllus, τῆγῆλλος, Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegeillus, sive Tegellus Steph.

Tegyra, τῆγυρα. Bœotiæ urbs, in qua Apollinem natum volūt, qui inde Tegyrius cognominatur. Steph.

Tēium, quod hic pro Paphlagoniæ, seu Ponti urbe legatur: Vide TIVM. Pro Ionica autem Vibe, Anacreontis Poëtæ patria, lege TEOS.

Tēlmon, τῆλμων, Rex Salaminis insulae, Acaci filius, frater Pelei, & Pater Ajacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ovid. 12. Metam. Ne mandare mihi: melius Telamonius ibit.

Est & Telamon Vmbriæ portus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Telandros, τῆλάνδρος. Lyciæ oppidum est apud Plinium lib. 5. cap. 27. Item insula in mari Lyco, cujus meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Telane